

ne anima & caro. Anima non absq; sensu & ratione, ut Apollinaris: neq; caro absq; anima, ut Eunomius: sed anima cum ratioe sua, & caro cum sensibus suis: per quos sensus ueros in passione, & ante passionem carnis suae dolores sustinuit.

QVOD AETERNVS DEVS EX VIRGINE NATVS SIT.

CAPVT III.



Eq; sic est natus ex uirgine, ut & diuinitatis initium homo nascendo acceperit: quasi ante quam nasceretur ex uirgine, deus non fuerit: sicut Arthemion, & Berillus, & Marcellius docuerunt: sed aeternus deus & homo ex uirgine natus est.

DE TRINITATE PERFECTA. CAPVT IIII.



Als* Nihil e/
quale gratia,
ut uult Etius.
Tertullianus.

Nihil creatum aut seruiens in trinitate credamus, ut uult Dionysius fons Arrij: nihil inaequale, ut uult Eunomius: nihil inaequale gratiae, ut uult Aetius: nihil anterius posteriusue, aut minus, ut Arrius: nihil extraneum aut officiale alteri, ut Macerionius: nihil persuasione aut surreptione insertum, ut Manicheus: nihil corporeum, ut Melito & Tertullianus: nihil corporaliter effigiatum, ut Anthropomorphus & Vadianus: nihil sibi inuisibile a creaturis, ut Origenes: nihil creaturis uisibile, ut Fortunatus: nihil moribus uel uoluntate diuersum, ut Marcion: nihil ex trinitatis essentia ad creaturarum naturam deductum, ut Plato & Tertullianus: nihil officio singulare, nec alteri comunicabile, ut Origenes: nihil confusum, ut Sabellius: sed totum perfectum, quia totum ex uno, & unum ex toto: non tamen solitarium: ut praesumunt Praxeas & Syluanus Pentapolitana damnabilis illa doctrina.

Tertullianus.

DE HOMOVSION. CAPVT V.



1. Petri, 1.

Homouusius ergo, id est, coessentialis in diuinitate patri filius: homouusius patri & filio spiritus sanctus, homouusiu deo & homini unus filius manens deus in homine suo in gloria patris, desiderabilis uideri ab angelis, sicut pater & spiritus sanctus adoratur ab angelis & ab omni creatura: non homo factus praeter deum, uel CHRISTVS cum deo, sicut blasphematur Nestorius: sed homo in deo, & deus in homine.

DE RESVRRECTIONE. CAPVT VI.



Hominuū. ad/
ditum est.

Resurrectio mortuorum omnium hominum, sed una & in simul & semel. Non prima iustorum, & secunda peccatorum: ut fabula est somniatorum, sed una omnium. Et si resurgere dicitur quod cadit, caro ergo nostra in ueritate resurgit, sicut in ueritate cadit. Et non secundum Origenem immutatio corporum erit: id est, aliud nouum corpus pro carne, sed eadem caro corruptibilis quo cadit, tam iustorum quam iniustorum, incorruptibilis resurget: quo uel poenam sufferre possit pro peccatis, uel in gloria aeterna manere pro meritis.

Quod